Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26106
Copyright: Admont, Benediktinerstift



178

de templo. ac ne amplius inferantur prohibe. quando non solum de ecclesia omnes repellit ac deturbat reprobos. verum etiam ne ultra adturbandam ecclesiam unquam eterno cos uerberet compescat. Si ac in presentibus hec e uera domus dni id est cordis fidelium purificatio ut non tantum peccata que in eram celitus munussa epunctio tollat. sed etiam ne hec ultra repetantur diuina uncis gra perseuerans adiuuet.

Et docebat dicens eis. Non scriptum est domus mea domus orationis uocabitur omnibus gentibus. Omnibus inquit gentibus. non uni genti iudeae. nec in unus ierosolume urbis loco sed in toto orbe terrae. ac nequaquam taurorum ac hircorum ac arietum sed orationis. Vos autem fecistis ea spelunca latronum. Qui ad accipienda munera in templo residebant. profecto qui quibus data non dantibus lesiones exquirerent dubium non erat. Domus quoque orationis spelunca latronum facta fuerat quia ad hoc in templo assistere noluerant. ut aut non dantes munera studerent corporalia prosequi aut dantes spiritualia necare. Templum quoque ac domus dei e ipsa mens atque esecretum fidelium que si quando in lesione proximi puersas cogitationes profert quasi in spelunca latrones resident. ac simplicem gradientes inficiunt. quando in eos quibus nullo rei sunt lesionis gladios defigunt. Mens enim fidelium non iam domus orationis sed spelunca latronis e. quando relicta innocentia ac simplicitate sentiens illud agere conatur unde ualeat proximis nocere. Et cum mane transirent uiderunt ficum aridam facta a radicibus. Non rami tantum aut stipes infructuose fici sed ipsa etiam radix arescendo sententiam diuine in se reprobationis ostendit. Et ros aut.